



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**In Amos, Abdiam, Et Ionam Prophetas, Commentarij  
Francisci Lamberti Auenionensis**

**Lambert, François**

**Argentorati, 1525**

**VD16 B 3868**

De eo quod Niniuitæ, non potuerunt audire uerbum Dei, nisi posteaqua[m]  
[...]nam piscis in arida[m] uomuit. Capvt XIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35983**

**Q**ui custodiunt uanitates, ut **Iudaei** rebelles, q̄ ne ab eis deficerent, me condemnarunt, misericordiam suam, quæ scilicet illis per me exhibebatur, frustra, id est, in suum interitum derelinquunt.

Ego autem, non ut illi carnalia aut uana custodire uolo, sed in uoce laudis, immolabo tibi, id est, laudabo te. **Q**ue cunque uoui reddam, pro salute mea **Domino**. **Q**uid putas cum uouisse? **V**otum Christi, est decretum eius perpetuum, de **Domini** uoluntate implenda, à quo uoto nunquam defecit, sed etiam in amarissimis cruciatibus positus dixit: **N**ō mea uolūtas, sed tua fiat: **M**atth. 25. **M**ay. 14. et **L**u. 22.

**D**e co quod **N**iniuitæ, non potuerunt audire uerbum  
**D**ei, nisi posteaqua<sup>m</sup> ionam piscis in aridâ  
 uomuit.

C A P V T      XIII.

**N**iniuitæ **A**ssyrii erant, ideo typum gerunt omnium gentium. Ad ipsas per Apostolos & discipulos suos ueristonas, nempe Christus uenit, dum uerbum eius ab illis audierunt. Sed quemadmodum, Ionas Propheta, non prius **N**iniuitis predicauit, quam fuerit projectus in mare, illumq; piscis glutierit, et in die tertio uomuerit,

S 5

uomuerit,

FRANC. LAMB. IN IONAM

uomuerit, sic iuxta Dei præfinitionem, non potuit Christi Euangelium, prædicari gentibus, nisi prius Christo, mortuo, sepulto, ac suscitato. Et quemadmodum, Israëlitis non adquiescentibus Ione prophetanti, ipse Jonas ad Niniuitas missus fuit, ita Dei uoluntate factū est, ut ipsis Israëlitis Dei sermonem repellentibus, seq; indignos ueritate iudicantibus Apostoli ad gentes conuerterentur.

Denique eidem sermoni, nemo puro corde heredit, neq; illum ex animo audiet, nisi prius Christus illi, et moritus et suscitatus fuerit, hoc est, fuerit ex fide, mortis ac resurrectionis eius factus particeps.

De eo quod Rex Niniue, mox ut audiuit sermonem Ione, surrexit de folio suo, et prædicari fecit ieiunium, Israëlitis uerbo contradicētibus.

C A P V T . X I I I .

**V**ia Rex Niniue Domino creditit, utilis fuit populo suo, dum eius exemplo cæteri à Deo inlustrati resipuerunt, et misericordiam consecuti sunt. Qui nisi credidissent, tanto illis fuisset nocētior, quanto suo exemplo alios perdidissent. Conuersi autem fuere mox, ubi Israëlite uerbum Domini abominabantur. Quod et nostro seculo